201. Legum interpretatio varia est, sic nomen dividitur in authentica, usuale et doctrinale. Authentica sicut obtinet vim legis, ita etiam non aliis nisi ab ipso legislatore, aut cuius legislatore demandata est, fieri potest, cuius demum est legem authentice interpretari cuius et condere ex leg. 9. et seq. Cod. de legibus. Dixi aut cui per legislatore demandata est, sic ego cum vicariis cura pastoralis summo Pontifici in Petri persona fuit attributa, ipsi etiam quoad interpretari iura divina, et hoc quod Pontifex in eo declaravit, tanquam firma et authentica interpretatio haberi debet, et hoc interpretatio alio

nomine Dei generali, generali quoque interpretatione legum, legum genere indicatur
gloria. Usualis ea est quae sumitur ex moribus et consuetudine populorum, optima
quoque legum interpretatio est ipsa observantia legum consuetudo. Doctrinalis illa in-
terpretatio Dei, quam scholastici sanxerunt SS. quae si fuerit concordantia, vim legis
obtinere videtur, alium quidem ordinem docti legum figurare decernunt, legislatores ex vo-
luntate cunctis meritis profuerunt: quo autem SS. sibi ipsis in explicando obtrudunt,
legis firma interpretatione non sanxerunt, adeoque nego legem, ipsa tamen ex ratione rerum
interpretatione cuique consuetudo apparente illegitimet.

Doctrinalis ipsa interpretatio subdividitur in declaratoria, quae theorica, et
more exclusiva. Declaratoria est congrua verbis et sententiae quae verba
verbis expositio, et hoc ut recte intelligatur, observanda quoque veniunt primo ut
mens proprius quam verba legislatoris inquirat, nam lex 19. ff. de legibus dicit sunt leges
non ex earum verbis tenere sed vim et potestatem. et capit. cum. de regulis iuris
in sexto habetur quod in comitatu in lege, qui legis verba quantum extra legis nihil vol-
tate. et ratio est quia mens legislatoris est ipsa omnia legis. secundo personae et fini
seu ratio legis pro quem lex data est nam in capit. illatum de V. S. ex Hilario dicit
illatum dictum ex eius est assumenda dicti, quia non sermonis res, sed res est sermo
habetur. et ratio est quia sicut legis cognoscing aperta via ad mentem legis-
latoris inveniendam tenemur: et idem observandum est tertio quoque in V. S. tunc dum
aliquis ponatur in gravia, quae dum exinde iniuria alterius aut damna innocentis aut
aliud huiusmodi non sequitur, aut lex ipsa inutilis et illusoria non redditur, nobis proferenda
legis equitate procul dubio a quo ad impetrandum sensum legis est intelligendum. quod si
contingat ut verba legis duplicem sensum faciant, unum naturale et quod habeat ex gra-
matuali significatione, alterum vero legale quemadmodum ex fictione iuris, aut eius modo
legis, puta nomine filii poetae illegitimi quae naturalis, quae legitima, quae adoptiva,
reficiendae et ejusmodi non sit an odiosa an favorabilis, et si sit odiosa strictae sum-
enda sit verba legis, si vero favorabilis assumenda sit latae; legis omni odiosa sit
strictae interpretatio, et extra genus ac gramaticale sit verborum tenore, quae dum
in ipsa lege aliud certius intelligitur, intendendum non est, extra legem favorabilem sit

amplae interpretatis, et sic quidcunque sub verbo legis poenae sive iuridice sive gramaticaliter illegi, ad illud favor legis debet extendi, nisi expresse aliud ex ipsa lege innotescat, itaque sub nomine filij in favorabilibus illegunt etiam adoptivi, sicut nomine Clerici veniunt omnes personae Ecclesiae et Deo dicatae Religiosi etiam Novitij Moniales etc. extra in odiosis non veniunt nisi proprii filij, Religiosi professi aut Clerici proprietates etc.

203. Comprehensiva doctrinalis interpretatio illa dicitur per quam tenor ~~[illegible]~~ verborum legis extenditur etiam ad alias quasvis personas, ad quas per rationis identitatem lex respicere praesumitur ex mente legislatoris. Dicitur autem comprehensiva, quia non ad illud solum respicit quod in lege expressum sed etiam ad id, quod per Candidatam rationis in mente legislatoris praesumitur esse rationem verba legis comprehensum, et haec interpretatio procedit quidem in utraque materia sive odiosa sive favorabili, magis tamen in favorabili attendenda est, quia in quae odiosa sunt, stricte quae vero favorabilia amplae sunt interpretatis. Mere extensiva denique interpretatio legum ea est per quam ob paritatem rationis extenditur lex quaedam ad personas aut casus in qui neque verbis neque mente legislatoris in lege eiusmodi continetur, et haec sive mente legislatoris constat in conscientia non obligat, quia ut saepius diximus, lex ultra mente legislatoris non obligat: ergo etc. sed tamen haec interpretatio in iure civili frequenter contingit, et ut dicit Bonacina recte adhibetur, ubi casus in iure aliter non invenitur expressus, quia ubi alia legis aeternatio non est, rationis aequalitas legem ex alia lege supplet. Sed haec aria legum interpretatione nobis dicta sufficiant.

204. Superest ut pauca quaedam de Epikia addamus est autem Epikia benigna legis interpretatio rationem aequum et bonum declarans casum aliquem particularem ex mente legislatoris ob suas circumstantias speciales sub lege universaliter expressa non contineri ut colligitur ex Arist. 5. Eth. c. 10. dicente aequum et bonum sive Epikia est emendatio iusti legitimi nam lex quidem universalis est, fieri autem non potest, ut de quibusdam universaliter recte dicatur, sed lex id accepit, quod fit plerumque non ignorans quodque defuere, et est nil omnino lex recta defectus autem non est in lege, nec in legislatore, sed in ipsa rei

naã: gtinuo enim rerũ earũ, quæ sub actione cadunt, maã talis ẽ: cum igitur lex quid universaliter loqtur, in his autem præter universale quidam accidit, bene recte se habet, ut ea parte, qua legislator omiserit, atque peccavit absolute locutus, emendetur defectus, qd et ipse legislator, si adesset, hoc modo dixisset. ita Arlis exgbus habet, qd qdoque ob circumstantias intervenientes æquitatis rãõ exposcat, ut gtra verba legis rdumente legislatoris agatur: cui gsentit S. D. hic q. 96. a. 6. et q. 120. a. 1. unde Caietanus dicit, qd Epickia sit directio legis ubi deficit pr universale. locum habet Epickia pprie tm in legibus obligantibus, unde generaliter loqdo Epickiæ locum qdo lex universaliter lata in casu particulari ob intervenientem circumstantiam ita redditur difficilis, ut moraliter quis præsumere poit lege illa ad tale circumstantia n repexisse, et pro ea latã legislatorẽ noluisse: in legibus go irritantibus Epickiæ locum nõ, et ideo iuxta DD. n valet matrimoniũ Clandestinũ etiam tempore pestis initum, neque testamentũ solemne sine 7. testibus, tales enim leges præcise reficiunt uniformitatem actuũ. et ex his etiam ea quæ de Epickia dicta fuerant satis patent.

Sectio 3tia

Consuetudine.

Consuetudo ex S. Isidoro l. 5. Etimol. c. 3. et habetur in capit. gsuetudo dist. 205. 1. defitur qd sit ius quoddã moribus institutum, qd pro lege suscipitur, dum deficit lex, vel etiam dici poest cum Alphonso Rege Hispaniæ quod suaedo ius n scripta qd ex longo et gtinuo usu ortũ habet. dicitur ius qd idem ẽ ac lex et vim generis tenet, gsuetudo enim postqm figet legis ratione obtinet ut ex S. Aug. docet S. D. hic q. 97. a. 3. in argto sed gtra dicens: sed gtra ẽ qd Aug. dicit in Epist. ad Casulanũ mos populi Dei et instituta maiorũ pro lege sit tenenda, et sic prævaricatores legũ divinarũ ita et gtemptores gsuetudinũ Ecclesiasticarũ coercendi sunt hæc S. D.

sigitur consuetudo legis rationem tenet. Sed loquor de consuetudine iuris, unde
sciendum est quia consuetudo dividitur in facti et iuris, consuetudo facti est uni-
formis frequentatio actuum liberorum adeoque sumitur communiter pro usu et more quo
ipsa consuetudo iuris constituitur, extra consuetudo iuris est quod relictum et consti-
tutum ex uniformi frequentatione actuum liberorum, et sic explicari potest, quod sit iu-
ris ductum moribus et tacito populi consensu introductum, de hoc quo dicimus quod
vim legis obtinet, et legis pariat effectum obligationis, unde cum lege con-
venit, sed tamen etiam differt a lege, non solum quia lex communiter scripto aut viva
voce traditur, sed etiam quia voluntate principis formaliter constituitur, dum extra consue-
tudo moribus populi introducatur. Dividitur autem haec iuris consuetudo in consue-
tudinem contra legem, praeter legem et secundum legem, omnis enim consuetudo vel habet
legem sibi contrariam, et sic est contra legem, aut nulla supponit legem, et con-
sequenter est praeter legem, aut denique supponit legem constitutam sibi conformem, et sic est
secundum legem, non est dubium quin haec ultima consuetudo vim legis obtinet, quia
ipsa legis constitutae firmamentum esse apparet, sed de aliis duabus speciebus dubi-
tatur, qua ratione pro lege constituantur. pro quo sit

206. Assertio non solum consuetudo secundum legem sed etiam ea quae est praeter aut omnino
contra legem postquam figet, et sine formali peccato observari contingit, ~~quia~~ vim legis
obtinet. Est sententia communior DD. nec patitur aliquam difficultatem secundum prima
parte, de consuetudine secundum legem, dum sic sit confirmatio quaedam et robur legis
secundum quod dicitur in iure quia leges firmantur cum moribus utentium comprobantur.
de consuetudine etiam praeter legem facile patet, de ea enim proprie ibi est verifi-
cari, quod lege 34. ff. de legibus habetur in haec verba: sed ea quae longa consue-
tudine approbata sunt, et per annos plurimos observata veluti tacita civium
conventio non minus quam ea quae scripta sunt iura servantur. hinc consuetudo praeter
legem iuris constitutiva communiter appellatur, et haec pars magis patet per hoc quod

etiam consuetudo contra legem vim legis obtinet, si enim ea quae est contra legem vim obtinet legis, qua ratione dicetur, quod ea quae est praeter legem legis non sortiatur ratione.

Praeterea igitur quod consuetudo contra legem vim legis obtinet si sine facili peccato eam observari contingit. consuetudo rationabilis vim obtinet legis ut dicitur capit. cum tanto de consuetudine, atqui etiam consuetudo contra legem potest esse rationabilis: ergo etiam consuetudo contra legem potest obtinere vim legis. ma. habetur in cit. capit. ubi pontifex ait licet etiam longaeve consuetudinis non sit finis auctoritas, non tamen est usque adeo valitura, ut vel iuri positivo debeat praeiudicium generare nisi fuerit rationabilis, et legitime sit praescripta. igitur si fuerit rationabilis et legitime sit praescripta, iuxta mentem pontificis consuetudo usque adeo valitura, ut etiam iuri positivo praeiudicium generet. mi. imprimis ex eodem textu deducitur, quia per illa pontifex potest huiusmodi consuetudine rationabilem dari supponere creditur eo ipso, quia per hanc iuri positivo derogari testatur. 207.

2do illa consuetudo est vere rationabilis in quam tota communitas sine peccato moribus suis consentit, sicut enim per morum dissonantiam boni communis utilitas distrahitur ita per ~~morum~~ morum simetriam haec utilitas promovetur, per quod autem sine peccato utilitas boni communis promovetur, palam est quia rationabiliter observatur: ergo illa consuetudo est vere rationabilis, in quam tota communitas sine peccato moribus suis consentit. atqui potest etiam contra legem dari consuetudo in quam tota communitas sine peccato consentit. V. g. quando lex penitus ignoratur, aut lex quidem sciebatur, sed postquam contra eam coram superiore fuit reclamatum, a superiore non amplius urgebatur, ita ut de consensu principis tacito sublata rationabiliter praesumatur, quo casu sine peccato lex non servatur, et contra eam consuetudo prorogatur, ergo etiam contra legem potest dari rationabilis consuetudo, et cum rationabilis consuetudo vim obtineat legis, ea etiam consuetudo quae contra legem est vim potest obtinere legis.

Sed Quaeres an haec dicta etiam procedant quando proterve contra legem procedit, et sic per actus peccaminosos contraria consuetudo introducitur, et R. cum distinc- 208.

vel enim superior scit legem suam ita praeterve non observari, et connivet,
vel scit et urget ad observantiam legis, vel denique penitus nescit quod agitur?
Si primum, teneo quod elapso tempore praescriptionis consuetudo sine peccato observetur,
et sic, quo usque expresse consuetudini illi derogatur, vim obtinet legis, quia quando
superior scit legem non servari, potest urgere, et tamen connivet non urget, ergo pre-
sumitur tacitus eius consensus in abrogatione legis, aut lex sub conditione lata si
acceptet populus, unde contraria consuetudo postquam invaluit, quia rationabilis est
legis vim obtinet. Si vero superior sciret et urgeat ad observantiam legis,
consuetudo vim legis non obtinet quamdiu inter tempus praescriptionis superior ad
legis adimpletionem urget, si autem lassus urgere omiserit, te dicendum est, quod
consuetudo tamdiu vim legis non obtinuit, quamdiu quod consuetudo contra legem et
mente ~~superioris~~ superioris sit innotescit, quod si autem successu temporis eo deven-
erit, ut de contraria voluntate superioris omnino non constiterit, propter bonam fidem
consuetudo praescribit, et sic ea consuetudo, quae sine non absque peccato non reci-
piebatur, successu temporis propter bonam fidem conoscitur et fit rationabilis, proinde
vim obtinet legis. quod si denique superior penitus ignoret legem suam non esse
acceptata sed reiecta, a tempore, quo bona fides in subdito de tacito
superioris consensu praesumitur, iusto elapso tempore per consuetudinem contra legem
praescribitur: est autem tempus iustum ad praescribendum contra legem civilem spatium
decennii, contra legem vero Ecclesiae 40. annorum, si bona fide et ex praesump-
tione taciti consensus superioris lex non servetur aut consuetudo prorogatur, si vero
lex resistat et improbet consuetudinem iuxta Laym. immemoriale tempus
requiritur ut potior consuetudo quam lex habeatur: consuetudinis tamen praescriptio ante-
quam consumata est, unico actu interrumpitur, ut ex iis quae de praescriptione in tract.
de J. et J. diximus deducitur.

Igitur aliquae consuetudines vim legis obtinent aliquae non, generaliter autem dicitur 209.
quod consuetudo rationabilis et legitime praescripta vim obtinet legis, sed quid ad hoc
ut consuetudo vere rationabilis sit requiratur, varii varia dicunt ego quidem aestimo
quod si consuetudo sequentia observet, vere rationabilis esset. Imo ut iusta et tacito
legislatoris consensu sit praesumptio, iusta autem praesumptio erit, quoties quod
legislator legem sciat, et etiam ea non servari sciat, insuper posset ad observationem
compellere et tamen non faciat, quin potius conniveat, aut ipsum contra agat, quod immo
desit aut rationabiliter praesumitur: nam qui dum posset ad legem suam compellere, et lege
sive rationabiliter praesumitur, et tamen non compellit, quin potius contrariam consuetudinem
tolerat, per tacitam conniventiam consentire videtur. quod autem iste consensus requiratur
inde eruitur, quia quamdiu tacitus saltem superioris consensus contra suum statutum deest,
statutum in possessione est, adeoque illi contra agendo iniuste agitur. Ergo requiritur
bona fide consuetudinis per certum tempus facta nec interrupta propagatio, con-
suetudo enim quae est contra legem ex dicto capit. cum tanto. de consuetudine ut vim legis
obtineat debet esse rationabilis et legitime praescripta, non autem est legitime praescripta
aut rationabilis, quando vel bona fides deficit, sine qua praescriptio non currit ut
diximus de J. et J. de praescriptione, aut inter tempus definitum interruptio
intercedit ut ibidem dictum est: quo ad Actio. ut actus eiusmodi ad a toto aut
saltem maiori populi parte propagetur animo saltem implicito contrariae consuetudinis
introducendae: si enim aliqui tantum legi contraniterentur, aut ex devotione potius
quam consuetudine legali et iurisdictione populus aliquid ageret, exinde talis consuetudo
vim legis non obtineret, quia consuetudo legalis non privato sed communi populi
usu et moribus constituitur, et quod ex devotione fit in legem non transit.
4to requiritur ut ex obiecto consuetudo mala non sit et servatu facilis, civium
viribus quam mensurata, Ecclesiae disciplinae non relaxativa, licentia occasion-
emque peccandi non praebens. ut Alexander 3. in concil. Lateran. generali cele-
brato anno 1179. c. 16. consuetudine rationabile definiens denotat, dum dicit

qd raobilis gsuetudo sit quae ratne iuvat et sacris congruit institutis, illa go gsuetudo quae praefata et qtenus ea observat, legis ratne obtinet. et hinc breviter liquet qd nulla gsuetudo gtra ius naae aut divinum valet, quia raobilis ee n poest. obtnes quae forte in praesenti fieri poent, ex dictis etm pfacile solvi pount, unde ius specialet enervandis supersedeo et hoc tangm sufficientia de gsuetudine concludo.

Sectio 4ta
de
Dispensationibus.

210. Angelus in sua summa Angelica verbo dispensaõ dicit qd dispensaõ e iuris comis relaxaõ facta cum caõ cogne ab eo qui ius habet dispensandi. Cum eo contra alij tenent thlogi et canonistae et ideo iuxta ones dispensare e actus iuris dictus nec aeteri qpetit nisi superiori, proinde differt ab Epickia seu interpretne legum quae etm a privato fieri poest si rem recte cognoscat, et a cessatne seu abrogatne, qua lex ipsa tollit, p dispensatne enim lex n tollit, sed sponte efficacia legis ppr caam relaxat alicui eius obligaõ. e autm dispensaõ vel totalis vel partialis, id e vel e relaxaõ a poena simul et culpa, vel tm a poena: si prius, totalis dicit, si posterius partialis nominat: alia ite dicit necaria alia vero pmissa, illa e quae fit pp avertendum damnum, alias certo aut saltem moraliter imminens bono comi, et eam ut fiat si petat iustitia exposcit, nelis enim e aliquem de lege dispensare sine damno comi qm tu cum tali damno tenere: pmissa dicit quae etsi ex caa fiat, ex eo tn qd n fieret bono comi damnum n imineret, unde pmissa n dicit qsi sine causa fieret, sed tm quia ex n facta damnum n imminet, ad one enim dispensatne caa quoda raobilis relinquit necaria ita, ut qties cunque sine oni causa

dispensat, saltem venialiter peccat, quia sine causa dispensare est bonum commune sine causa aliquo suo iure privare, adeoque contra legalem iustitiam peccare, atque non requiritur causa tantum quanta in Episkia, sed sufficit ut mere sit rationabilis, unde pro gravitate iuris gravitas etiam crescit causarum, et extra dubium est videtur, quod difficilius in iure divino quam humano dispensat.

Sicut autem facultas leges condendi alia est ordinaria alia delegata 2 ff. ita etiam potestas dispensandi alia dicitur ordinaria et ea competit in primis ipsi legislatori, eique enim est ligare et solvere Canone inferior Dist. 21. Ergo eius successori quia in omnia iura succedit adeoque quod ille potuit iste potest, et a priori ordinaria potest etiam tribuit superiori, quidquid enim inferior potestatis habet, eminenter illud superior tenet, sed non vicissim, et ideo si inferior sine iusta causa in lege superioris dispensat, irrita est dispensatio, quia ut ait Laym. in suis quaestionibus de dispensatione n. 12. qui sine iusta causa et temere in lege superioris dispensat, ita qui tale dispensatione petit eave utitur, ipse mortaliter peccat si lex talis sub mortali obligabat, et hoc verum est si temere etiam petatur, temere autem non petitur quando causa rationabilis subesse putatur, etiamsi in re non teneat causa illa aut si in re teneat illa causa, non autem tenere arbitratur, dispensatione quidem petere grave est, sed non est grave ea uti, quia causa revera subest vide Laym. l. cit. Delegata autem potestas alia est a iure, quae si in perpetuum praebatur non annexa personae sed officio, aequiparatur ordinariae ut habetur le. 1. ff. de officio eius cui commissa est iurisdictio et capit. Abbas quia Abbas de officio delegati alia est ab homine, quae si datur per modum purae commissionis vel mandati in favorem certae causae vel personae, eius natura est, ut delegante mortuo aut deposito expiret commissio si res integra est, sive causa non dum executui mandari capta iuxta capit. relatum de officio delegati et hoc maxime subsistit, si non a dignitate sed a persona potestas eiusdem fuit delegata, quod ex forma datae potestatis debet colligi, si enim a dignitate daretur ita, quia dignitas in successore

continuat capit. si gratiose de rescriptis in 6to, etiam facultas dispensandi donec revocetur prolongatur. si vero potestas eiusdem datur per modum gratiae in favorem delegati, et absolute sine restrictione ad certum tempus conferatur morte concedentis non expirat, quia potestas dispensandi cum gratia sit et beneficium latae ~~dispensa~~ interpretationis est, quamvis ipsa dispensatio si ad determinatam personam referatur, stricte interpretationis esse dignoscitur, quia ad determinatam personam datur. his positis

212. Per modum assertionum varia resolvuntur primo quidem, quod in lege naturali nulla potestas formaliter dispensare possit, possit tamen naturaliter et impropriae summus pontifex et in quantum pontifex sibi specialiter non reservavit, etiam eius legati Episcopi etc. hoc patent ex iis quae diximus a numero 50 usque ad numerum 55. exclusive ubi ex instituto de dispensatione legis naturalis agebamus. 2do. quod papa possit dispensare in omni iure ecclesiastico tam universali quam particulari quin etiam in Canonibus Apostolicis, quos Apostolica auctoritate ipsi sanxerant, et in quibus Apostoli dispensare poterant, idque ex potestate ordinaria. ratio est quia papa est Apostoli Petri in omni potestate successor, dum quo successor legislatoris omnia illa possit quae possit ipse legislator, et dubium non sit quin D. Petrus Apostolorum princeps aliique canonum conditores dispensandi potestatem habuerint in suis legibus, papa etiam Clemens XI: illorum divina providentia in omnia iura et universale regimen successor in omnibus praefatis potestate ordinaria et dignitatis ex causa tamen rationabili dispensare potest. 3tio quod papa etiam impropriae possit dispensare in praeceptis 2dae tabulae id est possit papa declarare quod voluntas divina condens illa praecepta se non extendat ad talem et talem casum in quo tales et tales circumstantiae geruntur, adeoque in tali et tali casu deficere ratione legis, si enim pontifex hoc non posset non videretur Deus bonus fuisse paterfamilias ut dicit Richardus in 4. dist. 38. quia non dimisisset pastorem super gregem suum qui posset consulere

obsequentibus et nevio expediendis, nec etiam poet. dici qd papa sit generalis
Commissarius Dei absque ipsis in plenitudine potestatis, cum et hoc qd de prudentia
et de tabula dici, extendendum et ad ea alia praecepta divina et historica et nova
legis, in quibus papa modo et non prius fuit in legibus nam non autem facit
et prius dispensare poet iudicat, sed quod ad universale regimen Ecclie
necessarium vindet, adeoque summo pastori venendum, ipsum autem ad regimen
Ecclie non videt necessarium, sed superfluum, adeoque summo pastori iure dene-
gandum sed de hac postrema omnes D. D. sacre theologie sacre canonisque con-
veniunt, papam etiam modo dispensare in legibus non et divinis
aliquibus et ad denegantibus ipsi aliquia capitula iuris canonici, quae tam de facti
et in de modo dispensandi loquunt: quia etiam qd pontifex modo in
lege non et divina dispensare potest ex conditione facti, colligitur, dum in vestri iura
mentis ita fecisse, quia etiam in conubio inter fratrem et sororem pontifex legitime
dispensasse: nam ut refert magistri verbo papa Eug. Fritzinger Florentini
in summa dicit se audivisse a viro digno, qd papa Martinus 5. sibi con-
fessus cum multis prudentibus viris in S. theologia et iure canon: dispensavit cum
quodam qui amiserat germanam suam in vecie, ipsi multa mala et scandala quae
evenissent si eam dimisisset, et quae evitari non poterant nisi sic dispensaret. sed
hic de potestate dispensandi papae congruente satis apparet.

Quinto autem papa in iuriti vel modo vel modo dispensare potest contra S. 213.
multis praet. Episcopi, quia eius iurisdictio a papa dependet, et ipso Episcopi dis-
pensare non possunt nisi ipsum eis quidem et quae papa sibi reservavit, qui
ex agit. Dicitur in ista glossa verbo missa de temporibus ordinationum Episcopi
iure ordinario non posset dispensare in legibus pontificis et quibusdam aliis
et ad huiusmodi quia in lege superiori dispensare de iure ordinario non queunt
inferiori, licitum tamen nisi dispensandi facultas aliqua Episcopis generali
lege concessa est ratione officii et dignitatis potestas enim iuriti sua dicing
quae alicui ratione officii aut dignitatis huius, ordinaria et quasi ordinaria: hanc
autem facultas Episcopalis dignitati in multis fuit attributa, et

primo si legis tm sit mea aut frequenter occurrat, ita ratione suae levitatis
levis clerici percussio reservatur Episcopo, gravis autem papae id est devotis
iuramentis, ieiuniis, festis, et huiusmodi, quae quia frequenter occurrunt, Epis-
copo dispensanda relinquuntur, votis tamen illis 5. exceptis, voto sul. ingredien-
di religionem, voto perpetuae castitatis, peregrinationis in terra S. ad limina
Apostolorum, et compostellam ad S. Jacobum, quorum dispensatio papae immediate
reservatur: dispensare autem in festis et ieiuniis ex consuetudine potest etiam
parochis guenire, et talem consuetudinem in Germania esse expertia frequens
testatur. 2do. potest Episcopus dispensare, quoties occurrit ibidem an casus dispen-
satione egeat, nimis enim durum esset, ut quis de obligatione incertus Romam mitti
deberet. 3tio. ut notat Angelus verbo dispensatio potest Episcopus dispen-
sare in gradibus prohibitis in matrimonio quando impedimentum est occultum, et ad
papam non potest haberi recursus, neque separatio potest fieri sine notabili scan-
dalo sicut saepe evenit in mulieribus quae cognitae fuerunt a consanguineis
viri antequam contraherent matrimonium, aestimo tamen quod excipi debet impedimentum
consanguinitatis in primo et 2. gradu, quod quia contra ius naturae est summae pon-
tificis potestati relinquitur. 4to. quodcumque in canone simpliciter
dicitur dispensatione posse fieri, licet id expresse Episcopo non indulgeat,
quia potestas dispensandi ut supra est habitum est favorabilis, adeoque am-
plae interpretationis. 5to. potest dispensare cum omnibus iis qui ex iure
Romae ire non tenentur, nisi in casu expresse Papae reservato, et haec quidem
communiter tradunt DD., atque insuper sciendum est, quod in quibus competit potestas
dispensandi ordinaria, quoties quis potest dispensare cum subdito, etiam potest
dispensare secum, superior enim subdito non debet esse deterior.

214. Juvat hic etiam resolvere in quibus Abbas ordinaria potestate potest dispen-
sare respectu suorum religiosorum, et ea dum Angelus loco cit. sunt sequentia.

sine recept dispensare in ~~esse~~ Novitio ut promoveat ad s. ordines Con.
Monachus dist. 77. et iusta hoc capit. qd bene notandum è quia ipsi
s. propositum qd Monachus et Novitius in omnibus poss. omnes ordines sine
litteratis quantis de Licentia sui prelati suscipere. 2do. possit dispen-
sare cum apostata Monacho ut possit ministrare et ascendere ad alios ordines,
nisi in Apostasia sit ordinatus, quia ad papam pertinet. 3tio. cum
illegitimo monasterium intrare ut promoveat Capit. j. de filiis presb. eorum
ordinandis. 4to. qd non assistant vel Eucharistiae sumant semel in mense Clemen-
tina j. de statu Monachorum. 5to. qd Monachus det in capellanum Curio
parochiae sui Episcopi et populi spiritus curandi. dist. 88. Con. j. et 16. q.
j. Capit. Doctos. 6to. qd Monachus habeat quia alia intra septa Monas-
terii. 18. q. 2. Capit. ~~unus~~ nubis. 7mo. in feminis libris et esu carnium sibi
et aliis monachis adaptato Monachus teneat dist. 5. Con. in mediocribus. vel Capit.
Carne. et Capit. nunquam. de statu Monachorum. 8vo. in irregularibus qm
quoscit requirendo Ordines in excomunicatis facti tn notitia et irregularitatis in
Ordines, in tn superaliis irregularitatibus sicut de iure Comi ut ex obtenti singulis
notat verbo Abbas. 9no. posit dispensare cum Monachis in votis factis
ante ingressum religionis ex glossa in Capit. voluit 33. q. 5. posit professus
autem nullus Monachus sine expressa licentia sui Abbatis votum facere posit
ut id singulis dicit verbo votum 9. 3. 10mo. posit dispensare in observan-
tiis regulae tenendis 20. q. vel. Capit. finali. Sed tn id non posit in omnibus
nisi autem posit fu consule sepe dit. Angelus verbo dispensatio 8. 8. ubi
simul de regula S. Pa. N. 13. nemo se sed curet erudite explicat, Cartha cum
et angustia temporis ut singula pona non potis.

Superest ut etm dicamus qd nonum valeat qd non valeat dispensatio vitiat ~~et~~ cum 2. 18.
esse ut non valeat, vel quia falsum narrat, qd obreptio dicit, vel quia verum
tacet qd subreptio appellat, dicit autem Bricolus se, qd si falsitas in narratione
motivum fuit et nisi facta est dispensatio data non est, se dispensatio nulla è

quia cessante motivo cessat consensus superioris dispensationis. si autem motivum
substitit falsitas autem tamen fuit ut citius daretur dispensatio, dispensatio valet,
sed tamen peccatum dicendo falsum, quia durante causa motiva voluntas legislatoris
dispensationem perseverat. et simile est de subreptione, si id reticetur, quod quo dicto
dispensatio nunquam fuisset, dispensatio nulla est quia motivum deest, si autem
illud tamen retardasset non autem impedisset dispensationem, valet si sine proxi-
mi damno servari possit. Caeterum si causa dispensandi datarum litterarum
tempore adfuit, non ita adest, cum a Comissario dispensatio facienda est
dispensatio nulla est quia causa dispensandi tenuit habet rationabilis adeoque
cessat voluntas dispensantis, et similiter nulla est, si tequidem causa subsistat
quando Comissarius eam applicat, non autem substitit causa dum per superiorem
dispensatio data est, quia motivum dispensandi te defuit quando superior dis-
pensavit, insuper non dispensat nisi cum volente, te quando dispensatio
emanat. iure ~~[illegible]~~ etiam scripto irrita dispensatio superaccipiendo
beneficio, qui reticuit quod unum ante iam tribuit. in Litteris
quibus dispensatio petitur sit exprimenda pro specie vinculi cuius relax-
atio petitur, unde qui pro affinitate dispensationem peteret, dum consanguini-
tatis vinculo innotatus esset, dispensationem irrita facit. Quando
gravitas vinculi tum rationem gradus, tum etiam alia impedimenta utrum
v.g. sit in linea recta an in linea transversali. Ratio.
debet etiam motiva opponere cur petat dispensationem de quibus et aliis in ordi-
ne ad dispensationem vide Richardum Arsdekin to. 2. part. 2. tract. 4.
c. 7. §. 5. ubi plenissime notat proxim petendi dispensationem, formulam
subministrat scribendi, dictat cui oporteat scribi titulum eius et alia
necessaria opponit. Item Laym. l. 1. tract. 4. c. 22. fin. cum disp. 6. de legibus
per totum Azor et alios nobis propter angustias temporis praefata abundantem
sufficiunt. Sit modo

Sectio sexta.
De Privilegiis.

Ultimam hanc tractatus de legibus sectionem de privilegiis inscribere placuit, 216.
ne dictis nostris aliquid decet a D. F. tradi solitum, unde gsi pro supple-
mento hoc sectio ceteris apponitur, in qua, quae de privilegiis communia
sunt brevitatem explicantur. Est autem privilegium ut dicit Angelus verbo privilegium
quod aliquid gcedit gtra iura, unde gsi privata lex dicitur ut patet 3tia
distinctione canone privilegia si vero aliquid gcedat quod sit praeter ius communem sine
praeiudicio alterius sic proprie dicitur beneficium non privilegium. privilegium
aut aliud est reale quod scil. rei v. g. Ecclesiae Civitati, dignitati, loco,
aut personis ratione loci aut rei tribuitur, et hoc privilegium eo usque durat
quo res cui datum est pereat, nisi aliud in forma privilegii exprimatur. aliud
est personale, quod scil. non loco sed personae immediate tribuitur, et hoc 3plex est
unum singularitur personale ut illud, quod per se alicui vel aliquibus personis deter-
natis et expressis earum nominibus gcedit, neque in alios nisi per accidens
quia v. g. sunt de familia earum redundat, v. g. Titio do privilegium
ut in domo sua tempore interdicti solemnia celebret. alterum est communiter
personale quod gcedit personis non expressis earum nominibus huiusmodi sunt privilegia
data minoribus aut impuberibus. 3tium est corporale quod corpori
aut communitati alicui gfertur v. g. toti ordini. solet alia ratione privilegium
distingui in tale gtra ius et tale ultra ius, quo posteriori illgtur bene-
ficium, sed cum antea diximus beneficium non esse proprie privilegium, hoc
distinctio parum est attendenda nisi in hoc quod privilegium proprium tale
seu illud quod est gtra ius, cum sit exorbitans a iure, sit stricte in-

terpretatus, ergo tra beneficium cum sit gratia lata interpretatione merentur, nisi tamen in alterius praeiudicium tendat, vel scandali occasionem praebeat, tunc enim restringendum est quia odiosum, minus etiam ampliandum est si proprio motu principis, quam si detur ad instantiam petentis ut docet Laym. de legibus c. 23.

217. Privilegia autem dare possunt quicunque et quotcunque constitutiones et leges facere possunt, cuius enim est dispensare et a lege eximere, a cuius arbitrio legum pendet obligatio: sed tamen non aequaliter privilegia suum sortiuntur effectum, nam privilegium motu proprio gressum non ante suum sortitur effectum, quam privilegiato innotuit, ut communiter tenent SS. et ideo si priusquam innotuit, revocetur ad ante illud non tenet saltem ordinarie vide Laym. l. cit. n. 9. ergo tra privilegium quod in gratiam petentis per litteras vel procuratorem geditur, statim suum effectum sortitur etiam ignoranti eo qui postulavit, tacita enim acceptatio petentis reputatur resultare, quam primum privilegium illud emanat eo quod petebatur et id vel maxime locum habet, quando privilegium huiusmodi petitur propter merita, pericula sustenta, exantlatos labores, unde patet quia etiam aliud privilegium est ex mera gratia dantis, aliud etiam ex meritis petentis, et iterum aliud esse potest ex imposito futuro onere ut sic aliquid agatur, possunt etiam priligia dari extraneis qui subditi non sunt sic etiam constat Imperatorem extraneis privilegium dare posse in terris Imperii vectigal non solvendi.

218. In explicandis privilegiis tenor et forma privilegii in primis servanda est

ubi clara sunt verba, ubi autem verba sunt ambigua ad mentem potius quam verba
privilegii respiciendum est gerentis, et si fuerit contra ius commune adeoque
exorbitans et odiosum, stricte est interpretandum, si vero sit favorabile
nec contra ius commune adeoque beneficium magis quam privilegium, amplius est inter-
pretandum ut supra diximus et hoc praecipue, si concessione quae in bono commu-
ni aut animarum saluti salubrem contineat. Caeterum privilegia variae cessant
primo quidem quoddam sub qua datum est pereunte hinc si cui ad dies vitae gerentis
privilegium datur, in morte gerentis privilegium expirat, id est si tempus
pro quo datum est elapsum fuit. 2do cessat privilegium, quando de aequo ob
circumstantias sit iniquum, aut in ipsius privilegiati maius detrimentum cadere
incipiat, sed tamen arbitrio, quia in hoc casu non cessat absolute, sed tantum ad tempus
domini aut iniquitatis, nisi esset privilegium quod per solum non usum amittitur, amit-
tuntur autem per non usum privilegia aliis onerosa quando contra eos praescribitur,
elapso scil. inter praesentes decennio, et vicennio inter absentes, ut cum commu-
ni docet Lagm. l. cit. 3tio cessat privilegium per revocationem Dantis, 4to.
per libera renuntiationem eius qui habet privilegium, et haec difficultate non habent
ac in quibusvis auctoribus de hac materia tractantibus facile inveniri et illegi possunt,
quae per examinandae materiae de privilegiis ductus non immoror, sed ut tempori
cartha et iusto vestro Auditores Rr. atio post exantlatos labores citius
paream non solum de privilegiis sed universae de legibus materiam in honore
supremae divinae potestatis, eiusque universalis Dominii in omnia creata humile
protestatione cuncta dicta et scripta infallibili Ecclesiae s. iudicio devote
subiiciens finio.

Die 26. Aprilis 1715.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST